



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Fasti Mariani**

**Brunner, Andreas  
Pfeffer, Wilhelm**

**Antverpiæ, [1659 erschienen] 1660**

S. Stephanvs Rex. 20. Augusti.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42032**

dit: Pulchrè verò *assem* dividitis, vobis calum habetis, mihi terram reliquam facitis: at hoc fide profectò minimè germanâ. Mox cum per artem licuit, fratres secutus, litem de cælo illis non ingratam fecit. Eruditionem BERNARDI loquuntur ejus Volumina merq̄ favos spirantia, tum præcipuè eum de melleâ VIRGINE sermo est; ut meritò ex hujus uberibus hausisse hoc nectar credamus. Sed & nobis iidem fontes essent, si eadem cum BERNARDO sitis esset. *Ex vitâ ejusdem.*

*Mundus transit & concupiscentia ejus. Et relinquere hoc magis expedit, quàm relinqui. Sed nec inutilis commutatio, pro eo, qui super omnia est, omnia reliquisse. S. Bernard. sup. illud Eu. Ecce nos.*

| S. STEPHANVS REX. 20. Augusti.

STEPHANO nomen necdum nato ipse STEPHANVS Protomartyr indidit. Sponsam duxit Gisela D. Henrici Imp. sororem. Hæc illi Emeritum, cæterum Christo omnes Vngaros peperit. Tutelam sibi regnoque suo æternam *Castrarum Aciem ordinatam VIRGINEM MATREM* legit. Hujus enim auxilio copias Conradi Imp. jam Vngaria imminentes avertit. Ipse inter omnes milites maximè sanctas Vigiliis nocturnas habuit, sed preces inter; visumque sub his ipsum aliquando tabernaculum regium Angelis bajulis humo sustolli, & tunc per aërem, mox per omnium hominum ora volare. Trophæa pietatis suæ templa ac cœnobîa per totum orbem sparsit. Miseros ingenti charitate complexus non dubitavit deademate ornatum caput manusque sceptro armatas ad horum pedes abluendos demittere, sportulamque indolentes ipse dispensare. Quare factum aliquando,



do, ut certantibus his stipem auferre, barba etiam regis spoliū manibus appetentium cederet. Et hoc ipsum conquestus familiariter VIRGINI STEPHANVS fertur, durius ab ejus militibus se acceptum, quā ab hostibus sperare potuisset. Sed p̄hūmne ille amitteret, qui liberalem manum multis annis à morte integram orbi ostendit. Hanc obiit ipso VIRGINIS assumptæ die. Huic moriturus unicè iterum se regnumque commendavit. Felices Vngari, si testamenti STEPHANI meminerunt, *Ex Surio.*

*Si est ascendendi ad superna possibilitas, si est facultas vivendi in caelestibus; quare non celo mutamus terram? quare non caducis emimus æternas quare non perituris manentia comparamus? S. Pct. Chrysol. serm. 124.*

S. BASSA CVM FF. MM. 21. Augusti.

**B**ASSA non tam tergemino filiorum partus quā morte felix vixit sub ea tempora, quibus Maximiani ferro longè plurimi Martyres vixerunt, dæmonum sacrificulo, hoc est, agna lupopuncta. Sed & filij matrem vulu, non patrem reulerunt, utpote omnes Christiani. Eam ob rem in jus iniquissimum rapti, accusante ipso filios patre, & uxorem marito damnante. Primum ex equuleo pendere viderunt cæli & laudarunt THEOGNYM membris lacerum, animo integerrimum. Alterum AGAPIVM virgæ non puerum, sed virum probarunt & sine cute jam suā fortiorē quā in alienis exuviis Herculem. Alia item tormenta tertium fratrem sanè Germanum probant. Omnes igitur eodem gladio cæsi, eadem palmā coronati: ad quem nunciam BASSA plus ali.